



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De causis propter quas lucrum in mutuo exiga potest cap. 32. 33. & 34.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

pecunia, infimo pretio. Denique mutuum occultatur sub titulo societatis, ut cum quis dat negotiatori pecuniam hac lege, ut det lucri partem, & pecuniam integræ maneat ipsi soluendæ, sic ut ipse periculum subire nolit, ut & illi faciunt, qui dant campfori pecunias, lucrum sine capitalis periculo petentes: in eo enim semper usura reperitur, quia mutuum cum lucro interuenit.

De causis propter quas lucrum in mutuo exigere potest. Cap.

32. 33. & 34.

Quatuor potissimum de causis lucrum aliquod ex mutuo exigere potest. * Primo, In penam solutionis, si mutuarius statuto tempore non soluat, quod tamen ut fiat licite, præter rectam intentionem quæ debet interuenire ex parte mutuantis, quali

T

est vt suum recipiat simpliciter, non vero vt lucrum reportet, non debet illi esse compertum vel probabile, mutuatarium non futurum soluendo tempore statuto, & praeterea, si nulla culpa mutuatarii fuerit vt non soluat, nihil debet exigere, sicut nec totam poenam exigere si partem aliquam soluit, sed proportionata, nisi vbi debitum totum fuisset simul soluendum & non partem, idque ex pacto. "Secundo, Ratione damni emergentis, si damnum sit aut praesens ac certum, aut probabiliter timeatur, sed cum probabiliter tamen timeatur non licet de illo toto pacisci, sed tantum de parte: si vero nullum sit pactum tunc tantum licet aliquid ratione damni accipere, quando vel quis dolo ac fraude inductus est ad mutuandum, vel damna illa iam antea formidata, mutuatario fuerunt declarata, quo utroque casu tenetur qui mutuum acci-

pit, damna sarcire. * Tertio. Ra-
tione lucri cessantis ex mutuo: Ve-
rè autem dicitur cessàs, quãdo he-
tes condiciones concurrūt. Prima
ut pecunia, quæ mutuo datur, sit
negotiationi exposita. * Secunda,
ut qui mutuatur, non habeat aliã pe-
cuniã extra negotiationem, ex qua
mutuare possit. * Tertia, ut lucrum
sit probabile. Siue autem quis ro-
gatus, siue sponte & ex charitate
pecuniã suã ita mutuet (quidquid
magni doctores in contrariũ sen-
serint) parũ refert ad lucrum perci-
piendum: quod lucrum ut iustum
sit cum debeant deduci expensæ,
labor & periculum quæ mutuans
subire debuisset, vix tertia pars lu-
cri ab eo ex sua negotiatione spe-
rati, debet exæquare. * Quarta cum
quis aliquid mutuatur tempore quo res
minus valet, illi reddendam alio
tempore quo forte accidit plus
valere, si id non prouidit mutu-
ans, neque hac intentione mu-

tuauit vt plus acciperet, in rebus, non est vsura: & qui mutuum accepit, debet illi restituere in eadem mensura in qua accepit. Non sic autem in nummis, nam si quis alicui mutuaret centum aureos, quando valent decem iulios, & postea princeps valorē augeat vsque ad quatuordecim, non tenetur qui recepit, reddere centum sed pretium æquiualens: quia in pecunia pretium non differt à re ipsa. * Ultima causa est quando mutuum degenerat in sortem, vt do tibi mille, ea lege, vt si alteruter nostrum moriatur ante decē annos, illa sint tua, aut tuorum heredum, sin vterque viuat, tenearis mihi mille & quingentos soluere: hoc enim totum licitum est, si libere fiat vtrinque.

Quantum debeat usurarius restituere, & ex quibus bonis.

Cap. 35.

Trea dar
fructus
ra per
quos e
sumpti
fuit: ne
mo à se
Tho. 2.
na om
sunt, &
plus ha
vsuras
alienar
e recipi
stitutio
quantu
fit in er
na hab
restitu
distrab
sunt pe